BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 229
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

scilicet suae gratiae processionem quam desiderabant impetrando. Infidelib:
uero naturalissolum ingenii quo contentaenerit beneficium concedendo.

Et non post multos dies congregatis omnibus adulescen
tior filius peregre profectus. e. in regionem longinquam
& ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxoriose.

Longe profectus. e. non locum mutando. sed animum. Quanto enim quisq: plus
in pruo opere delinquit. tanto a dei gratia longius recedit. quod non post multos
dies fiexit factum. ut congregatis omnib: peregre proficiscerentur in regionem
longinquam. quia non multo post institutionem humani generis placuit animae
per liberum arbitrium ferre secum quandam uelut potentiam naturae suae & de
serere eum a quo condita. e. praeesse uirib: suis quasi uel tanto consumit ciuis.
quanto eum deserit a quo datae sunt. Itaq: hanc uitam prodigam uocat amantem
fundere atq: spaciari pompis exteriorib: in tus in manifestam cum ea quisque
sequitur. quae ab illa procedunt & relinquit deum qui sibi. e. interior.

Cum autem omnia dissipasset factum. e. fames ualida in regione illa.

Omnia quae dissipauit ornamenta naturae quae consum sit. significat fames
in regione longinqua. Audientia uerbi ueritatis. e. in oblitione creatoris.
De qua dictum. e. in prophetis. Quia mittet dns famem in terra. Non
fame panis. neque sitim aquae. sed audiendi uerbum dei.

Et ipse coepit egere & abiit & adhesit uni ciui regionis illius.

Merito egere coepit qui thesauros sapientiae dei diuitiarum quae caelestium
altitudinem dereliquit. Unus autem ciuium regionis illius. ciuis egens
adhesit utiq: qui concupiscentiis terrenis merito suae peuersitatis praepositus prin
ceps huius mundi a dno uocatur. & quo apostolus. Dsinquit huius sci excecauit mentes infidelium.

Et misit illum in uillam suam ut pasceret porcos.

In uilla mitti. e. substantiae mundialis cupiditate subiugari. De qua inalia pa
rabola quidam spiritalis epulas. a quas inuitabatur fastidiens. Dns. uillam emi & necesse
habeo exire & uidere illam. Porcos uero pascere. e. eaquib: immundis spis gaudent opera ri.

Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant.

Siliquae quib: porcos pascebant. sunt doctrinae saeculares sterilis suauitate resonantes
de quib: laudes idolorum famularumque atque carminib:
percrepant. Quib: daemonia delectantur unde cum iste satiari cupie
bat. Aliquid solidum & rectum quod ad beatam uitam pertinere & inue
nire uolebat in alib: & non poterat. hoc est enim quod ait.

Et nemo illi dabat in se autem reuersus.